




Innocent III, *Pastoralis officii diligentia* (X.2.22.8), exemple tiré de *Die Register Innozenz' III. 7. Pontifikatsjahr, 1204/1205: Texte und Indices*. Unter der Leitung von Othmar Hageneder, bearbeitet von Andrea Sommerlechner und Herwig Weigl, gemeinsam mit Christoph Egger und Rainer Murauer, Vienne, Verlag der Österreichischen Akademie der Wissenschaften, 2007, pp. 298-304.

ÖSTERREICHISCHE AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN
HISTORISCHES INSTITUT
BEIM ÖSTERREICHISCHEN KULTURINSTITUT IN ROM

PUBLIKATIONEN DES HISTORISCHEN INSTITUTS
BEIM ÖSTERREICHISCHEN KULTURINSTITUT
IN ROM

HERAUSGEGEBEN VON
HERMANN FILLITZ UND OTTO KRESTEN

II. ABTEILUNG
QUELLEN

1. REIHE

DIE REGISTER INNOCENZ' III.

7. Band

7. Pontifikatsjahr: Texte und Indices



VERLAG DER ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE
DER WISSENSCHAFTEN
WIEN 1997

✓
ÖSTERREICHISCHE AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN
HISTORISCHES INSTITUT
BEIM ÖSTERREICHISCHEN KULTURINSTITUT IN ROM

DIE REGISTER INNOCENZ' III.

7. Band

7. Pontifikatsjahr, 1204/1205

Texte und Indices

Unter der Leitung von

OTHMAR HAGENEDER

bearbeitet von

ANDREA SOMMERLECHNER und HERWIG WEIGL

gemeinsam mit

CHRISTOPH EGGER und RAINER MURAUER



VERLAG DER ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE
DER WISSENSCHAFTEN
WIEN 1997

57. 2027

Testes et cetera. Nullis litteris veritati et iustitie [et cetera]. Quod si non omnes et cetera, duo vestrum [et cetera].
Datum Rome apud sanctum Petrum, XVII Kal. Ianuarii^m).

169.

Innocenz III. beantwortet dem Bischof (Eustach) von Ely verschiedene kirchliche Fragen über Regeln des Prozeßverfahrens, den Kirchenpatronat, die Inkorporation, die Mitwirkung des Domkapitels bei der Vergabe von Pensionen aus Pfarrpfünden durch den Bischof, die Berechtigungsgrundlage von Kirchenzehnten, das Verhalten gegenüber zweifelhaften Dekretalen und die Gültigkeit einer formal fehlerhaften Diakonatsweihe.

Rom, St. Peter, (1204) Dezember 19.

Reg. Vat. 5, fol. 183^v—185^r (Nr. 169).
Bréquigny, *Diplomata*, II/1 593, Nr. 169 = Migne, PL, 215, 478, Nr. 169; Cheney-Semple, *Selected Letters*, 69, Nr. 22. — Comp. III 1. 18. 7; 1. 20. 5; 1. 2. 3.; 2. 19. 11; 3. 30. 4; 5. 16. 9; 3. 11. 3; 3. 18. 4; 3. 23. 5; 2. 13. 3; 2. 16. 3; 1. 12. un.; Coll. Dunelm. II 139; Coll. Alcobac. II 36; Alan. 2. 16. 6; 3. 21. 2; 3. 8. 1; 3. 15. 5; 2. 10. 2; Anh. 94a; 94b—e; Anh. 94f, g; Anh. 94h; Anh. 94i, k; Anh. 94l, m; Alan. K. 1. 17. 4; 2. 18. 9; 1. 19. 5; 5. 22. 7; 3. 21. 2; 3. 8. 1; 6. 9. 2; 3. 15. 5; 2. 13. 7; 2. 11. 3; 1. 22. 1; 6. 4. 1; Bern. 1. 21. 9; 1. 23. 12; 1. 4. 3; 2. 18. 13; 3. 35. 5; 3. 31. 1; 3. 13. 3; 3. 19. 4; 3. 24. 6; 2. 12. 3; 2. 10. 4; 1. 14. un.; Coll. Salm. 2. 8. 17; 5. 17. 9; 3. 19. 16; Rain. R. Anh. 3; Coll. Fuld. 1. 20. 12; 1. 2. 14; 1. 20. 13; 2. 24. 21; 3. 28. 6; 5. 18. 8; 3. 9. 4; 3. 20. 16; 2. 16. 4; 1. 20. 14; Coll. Valent. 20 II 1; X 1. 29. 28 pr.; 1. 29. 28 § 1; 1. 31. 11 pr.; 1. 29. 28 § 2; 1. 3. 14; 1. 29. 28 § 3; 1. 31. 11 § 1; 2. 28. 53; 3. 38. 29; 5. 33. 19; 3. 10. 9; 3. 24. 7; 3. 30. 28; 2. 22. 8; 2. 25. 4; 2. 1. 14; 1. 29. 28 § 4; 1. 16. 1 (zu Comp. III, Alan., Alan. K., Bern., Coll. Salm., Coll. Fuld., X siehe auch die Anmerkungen zum Text). — Polth. Reg. 2350; Bliss, *Calendar*, I 18; Cheney, *Calendar*, 582.

.. Episcopo Eliensi^a 1).

| Pastoralis officii diligentia et sollicitudo, quam geris circa executionem mandatorum nostrorum, et zelus tue rectitudinis nos invitavit, ut quamvis simul multiplicibus negotiorum occupationibus prepediti, eisdem tamen ad horam subtrahamus nos^b ipsos, in qua tuis intendamus consultationibus responsuri.

Consuluit²⁾ etenim nos tue fraternitatis discretio, utrum, si delegatus a principe causam sibi commissam alii delegare voluerit, nolentem delegatio-

^m) Migne fugt hinzu: anno septimo.

169. *) Am Rande des Nota-Monogramm und von einer Hand des 13. Jhs.: hoc c(apitulum) est Extra de officio delegati (X 1. 29. 28), und von einer Hand des 15./16. Jhs. hinzugefügt: et de iudic(iis) (X 2. 1. 14). Letzterer Abschnitt beginnt jedoch erst unten S. 304 Z. 12. Vgl. Anm. pp.
b) Fehlt bei Migne.

169. 1) S. Br. VII 15 Anm. 1.

2) Ab hier Comp. III 1. 18. 7; Alan. Anh. 94a; Alan. K. 1. 17. 4; Bern. 1. 21. 9; Coll. Fuld. 1. 20. 12; X 1. 29. 28 pr. und § 1.

nem suscipere ad ipsam suscipiendam valeat coartare. Ad quod tibi de fratrum nostrorum consilio^{c)} taliter duximus respondendum, quod, cum delegato a principe iurisdictioni dandi iudicem sit a lege concessa³⁾, dummodo idem exonerare se ipsum malitiose non querat, potest compellere renuentem, eo
 5 quod iurisdictioni illa nullius videretur esse momenti, si cohortationem aliquam non haberet. Debet tamen delegatus predictus sollicite providere, ut, si personis superioribus exigente necessitate negotium duxerit delegandum, in coactionibus inferendis dignitati deferat et persone.

Subsequenter^{d)} etiam quesivisti, utrum cui voluerit delegatus, cum viderit expedire, possit iniungere, ut ad suam presentiam citet partes, et ei^{e)}, si
 10 obedire contempserit, penam infligere pro contemptu. Ad quod tue fraternitati breviter respondemus, quod, cum totum negotium alii possit committere, sicut superius est expressum, citationis officium potest cuilibet discretionem previa demandare ac punire merito contemptorem.

Ex^{d)} parte tua⁴⁾ fuit insuper requisitum, utrum, si aliqua causa fuerit ad archiepiscopum per appellationem delata, possit eandem^{f)} iure ordinario potestatis^{g)} suffraganei sui subdito delegare vel animadvertere in eundem, si causam renuerit suscipere delegatam. Ad quod utique respondemus, quod archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationem huiusmodi compellere
 20 nequit invitum, cum in eum exceptis quibusdam certis articulis nullam habeat potestatem, licet episcopus suus eidem sit metropolitana lege subiectus.

Postulasti^{d, 5)} preterea per sedem apostolicam edoceri, si, cum a sententia lata litterarum auctoritate nostrarum, in quibus appellatio est inhibita, fuerit appellatum et littere post appellationem ad iudices alios emanarint, ad
 25 mandatum posteriorum iudicum executio sententie a prioribus demandata debeat retardari, ut priores iudices ipsam neque per se neque per alios exequantur. Nos autem inquisitioni tue sic duximus respondendum, quod, cum nos appellationis causam ex certa scientia iudicibus aliis committimus cognoscendam, appellationem videmur recipere ac^{h)} iurisdictionem priorum
 30 iudicum revocare, ut interim executio sententie suspendatur, donec appellationis merita plenius sint discussa.

Pretereaⁱ⁾ quesivisti⁶⁾, quando de revocatione ambigitur litterarum, utrum^{k)} iudicum priores an posteriores cognoscere debeant, utrum per secundas sint prime littere revocate. Ad quod taliter respondemus, quod, nisi posteriores

35 ^{c)} Migne: concilio. ^{d)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{e)} eis. Bei Migne: eis . . . contemptserint. ^{f)} Über der Zeile nachgetragen. ^{g)} Darnach eine Rasur. ^{h)} Über der Zeile nachgetragen. ⁱ⁾ Davor ein Paragraphenzeichen, am Rande von einer Hand aus dem 15. oder vom Beginn des 16. Jhs.: de rescriptis (X 1. 3. 14). ^{k)} utri.

³⁾ Vgl. Codex 3. 1. 5 (Ed. KRUEGER 120).

40 ⁴⁾ Ab hier Comp. III 1. 20. 5; Alan. Anh. 94a; Alan. K. 1. 17. 4; Bern. 1. 23. 12; Coll. Fuld. 1. 20. 12; X 1. 31. 11 pr.

⁵⁾ Ab hier Comp. III 1. 18. 7; Alan. 2. 16. 6; Anh. 94a; Alan. K. 2. 18. 9; 1. 17. 4; Bern. 1. 21. 9; Coll. Fuld. 1. 20. 12; X 1. 29. 28 § 2.

⁶⁾ Ab hier Comp. III 1. 2. 3; Alan. Anh. 94b; Alan. K. 1. 17. 4; Bern. 1. 4. 3; Coll. Fuld. 1. 45 2. 14; X 1. 3. 14.

prioribus vel e converso duxerint deferendum, simul utrique cognoscant et, si forte nequiverint in unam sententiam concordare, quamvis plures sint ex una parte quam altera, per arbitros communiter electos a partibus huiusmodi concertatio sopiatur. Quoniam autem sub huiusmodi forma, videlicet «Causam, quam talis adversus talem et quosdam alios super hoc et quibusdam aliis se proponit habere, duximus committendam», a nobis littere multotiens impetrantur, sollicitè quesivisti, an¹⁾ iudex ex delegatione huiusmodi ante personarum vel rerum expressionem super personis vel rebus exprimendis habeat potestatem; adiciens, utrum, si, antequam persone vel res expresse fuerint nominatim, super non expressis in commissione priori sed generaliter comprehensis speciales littere, que de priori commissione nullam faciant mentionem, ad alios iudices a sede apostolica emanarint, hec^{m)} eodemⁿ⁾ vigorem debeant obtinere. Nos igitur ad hec duo taliter respondemus, quod, cum generali per speciale proculdubio derogetur⁷⁾, iurisdictio per generales^{o)} litteras attributa per speciales, quantum ad ea, que specialiter exprimuntur, penitus enervatur, licet de prioribus non faciant mentionem. Unde superflua relinquitur prima questio, etsi merito dici possit^{p)}, quod, donec iurisdictio * revocetur, eam super rerum vel personarum articulis exprimendis obtinet delegatus, sed antequam exprimantur persone vel res delegatus nequit iurisdictionem huiusmodi exercere.

Quia^{d, 8)} vero sepe contingit, quod executio sententie ordinario demandatur, sedem duxisti apostolicam consulendam, utrum, si ordinarius ipsam iniustam esse cognoverit, debeat eam executioni mandare, an sit ei potius subsistendum. Attendentes itaque, quod non cognitio sed executio tantum demandetur eidem, inquisitioni tue taliter duximus respondendum, quod, cum ordinarius obsequi teneatur, etsi sciat^{q)} sententiam illam iniustam, exequi nichilominus tenetur eandem, nisi apud iudicem possit efficere, ut ab hoc onere ipsum absolvat.

Edoceri^{d, 9)} preterea postulasti, an alicui liceat sine speciali mandato apostolice sedis — delegato, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodavit vel petitem causa rei servande in possessionem petitorum induxit, rebus humanis exempto — eidem volenti iuri parere absolutionis beneficium impertiri vel possessionem restituere infra annum sufficienti recepta primitus cautione. Ad quod utique dicimus, quod, cum delegatus quantum ad illud maior sit ordinario, sine mandato summi pontificis excommunicatus ab huiusmodi delegato non potest per alium preterquam in mortis

¹⁾ a- korr. aus einem anderen Buchstaben. ^{m)} h(ec), h- korr. aus b- oder e-. Das Wort fehlt bei Migne. ⁿ⁾ Migne: eundem. ^{o)} Migne: speciales. ^{p)} -i- korr. aus -e-. ^{q)} Migne: sciant.

⁷⁾ Vgl. JL 12293 (Alexander III.) = Comp. I 1. 2. 1 = Comp. I 2. 20. 12 = X 1. 3. 1 (FRIEDBERG, CorpIC, II 16); Digesten 50. 17. 80 (Ed. MOMMSEN 870).

⁸⁾ Ab hier Comp. III 1. 18. 7; Alan. Anh. 94c; Alan. K. 1. 19. 5; Bern. 1. 21. 9; Coll. Fuld. 1. 20. 13; X 1. 29. 28 § 3.

⁹⁾ Ab hier Comp. III 1. 20. 5; Alan. Anh. 94c; Alan. K. 5. 22. 7; Bern. 1. 23. 12; Coll. Fuld. 1. 20. 13; X 1. 31. 11 § 1.

articulo absolutionis gratiam obtinere, nisi forsan delegatus talis extiterit, cui alius succedat in onere ac honore. Nec per alium quam per summum pontificem recuperare poterit possessionem amissam; verumtamen ne alius post annum verus efficiatur possessor, coram ordinario vel, si eius copiam
 5 habere nequiverit⁹⁾, coram publicis et honestis personis, ut quasi prescriptionem¹⁾ interrumpat annalem, offerre ac prestare, quod iuri parebit, poterit cautionem, ut sic post annum recuperare possessionem per sedem apostolicam mereatur.

Quesivisti^{u, 10)} etiam diligenter, utrum, quando inhibetur appellatio in
 10 rescripto, frustratoria tantum appellatio¹¹⁾ inhibita videatur, ut ab omni gravamine liceat appellare, an omnis appellatio videatur exclusa, nisi tantum in casibus expressis a iure. Nos igitur attendentes, quod per appellationem frustrariam, etiamsi non fuisset inhibita, negotium^{v)} non debeat impediri, diligentie tue breviter respondemus, quod quolibet provocatio intelligitur
 15 removeri, que^{w)} a iure non indulgetur expresse, sed, si appellans fuerit gravatus iniuste, gravamen huiusmodi per superiorem poterit emendari. Verum quia multotiens quis ad tempus per appellationem legitimam a iudicis sui quoad aliquem certum articulum eximitur potestate, tue fraternitatis nos duxit discretio consulendos, utrum, si clericus excommunicationis sententia
 20 innodatus ante denuntiationem ipsius ab ea tamquam minus rationabiliter promulgata in eo casu, in quo ante sententiam appellatio vires obtinuisse videtur, curaverit provocare, eo quod per appellationem interpositam excommunicantis videtur iurisdictio dormitasse, ipse^{x)} denuntiare possit eandem et ad tempus ecclesiasticis beneficiis spoliare, cum per provocationem
 25 taliter factam suo effectum excommunicatio non privetur. Nos itaque inquisitioni tue duximus respondendum, quod, cum executionem excommunicatio secum trahat et excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denuntiare non immerito potest, ut ab aliis evitetur, et illi nimirum proventus ecclesiastici merito subtrahuntur, cui ecclesie
 30 communio denegatur.

Cum^{y, 12)} autem sepe contingat patronos ecclesiarum^{z)} laicos nunc unum, nunc alium ad vacantes ecclesias presentare, sollicitate postulasti per sedem apostolicam explicari, an clericus ad aliquam ecclesiam a patrono laico pre-

⁹⁾ neq(ui)v(er)int. ¹⁾ Korr. aus perescriptione(m). ^{u)} Davor ein Paragraphenzeichen, am
 35 Rande von einer Hand aus dem 15. oder vom Beginn des 16. Jhs.: de appella(tionibus) (X 2. 28. 53). ^{v)} Über dem n- ein Kürzungsstrich ausradiert. ^{w)} -e korr. aus -i; darnach eine kleine Rasur. ^{x)} Migne: tempore; ipse in der Dekretalenüberlieferung. ^{y)} Davor ein Paragraphenzeichen; am Rande ein hinweisender Strich und von einer Hand aus dem 15. oder vom Beginn des 16. Jhs.: de iure patro(natus) (X 3. 38. 29). ^{z)} Darnach eine Rasur.

40 ¹⁰⁾ Ab hier Comp. III 2. 19. 11; Alan. Anh. 94d; Alan. K. 2. 18. 9; Bern. 2. 18. 13; Coll. Salm. 2. 8. 17; Coll. Fuld. 2. 24. 21; X 2. 28. 53.

¹¹⁾ Vgl. Digesten 22. 1. 41 (Ed. MOMMSEN 288).

¹²⁾ Ab hier Comp. III 3. 30. 4; Alan. 3. 21. 2; Anh. 94e; Alan. K. 3. 21. 2; Bern. 3. 35. 5; Coll. Fuld. 3. 28. 6; X 3. 38. 29.

sentatus, si diocesanus eius ipsum non duxerit admittendum, ex^{aa)} huiusmodi presentatione aliquid iuris assequatur^{bb)} in illa, ut^{cc)}, si forte idem ad sedem apostolicam appellavit et post appellationem ab ipso interpositam idem patronus alium curaverit presentare ac episcopus secundo instituerit presentatum, idem ab ipsa merito debeat amoveri. Nos igitur bone memorie Alex(andri) pape, predecessoris nostri, vestigiis pro sui reverentia inherentes¹³⁾, qui inter presentatos a laico et clerico patronis distinguens in presentatis a laico conditionem possidentis censuit potiore, dicimus, quod institutio presentati secundo loco^{dd)} a laico patrono robur obtinet firmitatis. Verumtamen constituimus, ut episcopus, qui^{ee)} presentatum idoneum malitiose recusavit admittere, ad providendum eidem in competenti beneficio compellatur, quatinus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.

Interrogasti^{ff)}, 14) preterea, utrum viris^{gg)} religiosis^{gg)}, quibus a sede apostolica est in*ductum, ut ecclesias suas in proprios usus possint convertere, decedentibus personis earum liceat auctoritate propria possessionem earundem ecclesiarum intrare, vel per diocesanum in ipsam sint potius inducendi. Ad quod utique respondemus, quod, nisi forte in indulgentia summi pontificis id contineatur expressum, suo episcopo inconsulto in possessionem ipsarum eis non est licitum introire, quia per indulgentiam huiusmodi episcopali iuri^{hh)} non credimus derogari.

Sollicite^{d)}, 15) preterea quesivisti, cum auctoritate Dionisii¹⁶⁾ fuerint parrochie limitate, quatinus singularum parrochiarum proventus in usus ecclesie cederent necessarios et stipendia ministrorum, si episcopo liceat sine auctoritate summi pontificis vel saltem absque sui capituli voluntate viris religiosis conferre obventiones alicuius parrochialis ecclesie sustentatione vicarii reservata; et, cum Lateranensis concilii statuta prohibeant ecclesiis novam imponi vel augeri veterem pensionem¹⁷⁾, postulas edoceri, an episcopus valeat locis religiosis consentiente patrono totam ecclesiam vel de novo conferre aliquam portionem. Ad que breviter respondemus, quod salva constitutione canonica

^{aa)} Migne: et. ^{bb)} Darnach eine kleine Rasur. ^{cc)} Migne: et. ^{dd)} lo- auf Rasur. ^{ee)} Über dem q- ein Kürzungsstrich durchgestrichen. ^{ff)} Davor ein Paragraphenzeichen, am Rande von einer Hand aus dem 15. oder vom Beginn des 16. Jhs.: de dona(tionibus) (X 3. 24. 7). Der entsprechende Abschnitt beginnt jedoch erst unten S. 303 Z. 4. Vgl. Anm. 19. ^{gg)} viri religiosi. Die Emendation schon bei Migne. ^{hh)} -i korr. aus -e.

¹³⁾ JL 14029 (Alexander III.) = Comp. I 3. 33. 30 = X 3. 38. 24; JL 14346 (Alexander III.) 35 = Comp. I 3. 33. 7 = X 3. 38. 5 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 617; 610f.).

¹⁴⁾ Ab hier Comp. III 5. 16. 9; Alan. Anh. 94f; Alan. K. 1. 19. 5; Bern. 3. 31. 1; Coll. Salm. 5. 17. 9; Coll. Fuld. 5. 18. 8; X 5. 33. 19.

¹⁵⁾ Ab hier Comp. III 3. 11. 3; Alan. 3. 8. 1; Anh. 94g; Alan. K. 3. 8. 1; Bern. 3. 13. 3; Coll. Fuld. 3. 9. 4; X 3. 10. 9.

¹⁶⁾ Vgl. Decretales Pseudo-Isidorianae, Epist. Dionysii secunda c. 3 (Ed. HINSCHIUS 106) = *Decretum Gratiani* C. 13. q. 1 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 717f.). Vgl. Liber Pontificalis (Ed. DUCHESNE I 157).

¹⁷⁾ Conc. Lat. III, c. 7 (COD³ 215) = Comp. I 3. 34. 7 = X 3. 39. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 623).

de concedenda piis locis quinquagesima portione¹⁸⁾ neque primum neque secundum facere potest episcopus, nisi de licentia Romani pontificis, preter sui capituli voluntatem.

Tua¹⁹⁾ insuper nos duxit discretio consulendos, si episcopus consentiente patrono viris religiosis aliquam ecclesiam concedendo hac utatur simplicitate verborum, «concedimus vobis illam ecclesiam», utrum eo ipso videatur ecclesia illa in eorum usus fuisse concessa vel ius tantummodo patronatus. Nos autem tue inquisitioni duximus taliter respondendum, quod, si episcopus ecclesiam illis conferat de consensu patroni, profecto patronus, quod suum est, conferre videtur, ius videlicet patronatus, et episcopus confert illud, quod ipse obtinetⁱⁱ⁾ temporaliter in eadem, ut, si fructuum eiusdem ecclesie aliquam percipiat portionem, in eorum usus illa portio convertatur. Quod si ex ipsius proventibus nullam debeat episcopus portionem habere, omnes proventus preter cathedraticum in eorum usus credimus convertendos. Sed ut episcopi donatio sit legitima, consensus est sui capituli requirendus.

Explicari²⁰⁾ preterea postulasti, utrum quis possit de molendinis et piscariis necessarias expensas deducere, priusquam solvat decimas^{kk)} ex eisdem, sicut est in negotiatione concessum. Ad quod sine preiudicio melioris sententie respondemus, quod, licet circa res acquisitas vel factas de pecunia decimata, cum ipse venduntur, credamus deducendas expensas et de residuo quasi de lucro decimas persolvendas, ut si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex aut quilibet merces, expensas tamen, que fiunt pro fructibus percipiendis ex illis, de quibus fructus proveniunt, non credimus deducendas, etiamsi fuerint decimate; quoniam salva decima fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos alienari posse non credimus nisi cum onere decimarum, nec pro restaurando detrimento quarumlibet rerum, ex quibus decime persolvuntur, credimus deducendas expensas de proventibus decimandis, quia penes dominum res permanent restaurata, ut si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat vel totus clibanus destruat.

Quesivisti²¹⁾ etiam, quibus indiciis fides habenda sit decretalibus, de quarum auctoritate iudex potest non immerito dubitare, cum plures inveniuntur in compilatione scolarium et allegentur in causis, de quibus per bullam non constituit nec ipse per metropoles insinuate fuerunt. Quia^{d)} igitur sepe contingit, quod etiam coram nobis decretales huiusmodi proponuntur, quas esse autenticas dubitamus, fraternitati tue benignius respondentes auctorita-

ⁱⁱ⁾ -t korr. aus -e; darüber ein Kürzungsstrich durchgestrichen. ^{kk)} Davor ex durch Unterpunktierung getilgt. Am Rande ein kurzer, senkrechter Strich.

¹⁸⁾ *Decretum Gratiani* C. 12 q. 2 c. 74 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 712).

¹⁹⁾ Ab hier Comp. III 3. 18. 4; Alan. Anh. 94g; Alan. K. 6. 9. 2; Bern. 3. 19. 4; Coll. Fuld. 3. 9. 4; X 3. 24. 7.

²⁰⁾ Ab hier Comp. III 3. 23. 5; Alan. 3. 15. 5; Anh. 94h; Alan. K. 3. 15. 5; Bern. 3. 24. 6; Coll. Salm. 3. 19. 16; Coll. Fuld. 3. 20. 16; X 3. 30. 28.

²¹⁾ Ab hier Comp. III 2. 13. 3; Alan. Anh. 94i; Alan. K. 2. 13. 7; Bern. 2. 12. 3; X 2. 22. 8.

te presentium duximus statuendum, ut, cum aliqua decretalis, de qua iudex merito dubitet, allegatur, si eadem iuri communi sit consona, secundum eam non metuat iudicare^{ll)}, cum^{mm)} non tantum ipsius quam communis iuris auctoritate procedere videatur^{mm)}. Verum si iuri communi dissonaⁿⁿ⁾ videaturⁿⁿ⁾, secundum ipsam non iudicet, sed superiore consulat super ipsa.

Quoniam²²⁾ autem per dilatorias exceptiones²³⁾ malitiose nonnumquam causarum terminatio prorogatur, inquisitioni tue respondendo decernimus, ut infra certum tempus a iudice assignandum omnes dilatorie proponantur, ita quod, si partes extunc aliquas voluerint proponere, quas non fuerint protestate, nullatenus audiantur, nisi forte de novo aliqua fuerit^{oo)} exorta vel is, qui eam vo*luerit opponere, fidem faciat iuramento se postmodum ad illius notitiam pervenisse. Statuimus^{pp)} preterea, ut principales persone non per advocatos sed per se ipsas^{qq)} factum proponant, nisi forte adeo fuerint indiscrete, ut earum defectus de iudicis licentia per alios suppleatur. Cum^{d)} autem sepe contingat ad diem, quem iudex delegatus a nobis partibus assignavit, earum altera procurante, ut negotium prorogetur, iudicem ipsum a rege vel archiepiscopo evocari, nos perversorum volentes malignitatibus oviare decernimus, ut, si delegato constiterit hoc fuisse alicuius partis malitia procuratum, ipsam puniat animadversione condigna et, ne aliquod lucrum ex huiusmodi fraude reportet, persone neutri parti suspecte quantum ad diem illum committat ipsum negotium audiendum^{rr)}, que in ipso appellatione remota procedat, nisi forte partes ipse consenserint negotium prorogari.

Preterea^{d)} nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare, si quis sine impositione manuum fuit ad ordinem diaconatus assumptus, et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non crismate sed oleo delinitus. Ad que fraternitati tue breviter duximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum sed caute supplendum, quod incaute fuerat pretermissum.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XIII Kal. Ianuarii.

^{ll)} Davor eine kleine Rasur. ^{mm—mm)} Fehlt bei Migne. ^{nn—nn)} Migne stattdessen: sit dissona. ^{oo)} Migne: fuerint. ^{pp)} Davor ein Paragraphenzeichen, am Rande von einer Hand aus dem 15. oder vom Beginn des 16. Jhs.: de iudi(cis) (X 2. 1. 14). ^{qq)} -a- korr. aus -o-. ^{rr)} Migne: audientium.

²²⁾ Ab hier Comp. III 2. 16. 3; Alan. 2. 10. 2; Anh. 94k; Alan. K. 2. 11. 3; Bern. 2. 10. 4; Coll. Fuld. 2. 16. 4; X 2. 25. 4.

²³⁾ Vgl. Digesten 44. 1. 2. 4 (Ed. MOMMSEN 706); Institutiones 4. 13. 10 (9) (Ed. KRUEGER 53).

²⁴⁾ Ab hier Comp. III 2. 16. 3; Alan. Anh. 94l; Alan. K. 1. 22. 1; Bern. 2. 10. 4; Coll. Fuld. 1. 20. 14; X 2. 1. 14.

²⁵⁾ Ab hier Comp. III 1. 18. 7; Alan. Anh. 94l; Alan. K. 1. 17. 4; Bern. 1. 21. 9; Coll. Fuld. 1. 20. 14; X 1. 29. 28 § 4.

²⁶⁾ Ab hier Comp. III 1. 12. un.; Alan. Anh. 94m; Alan. K. 6. 4. 1; Bern. 1. 14. un.; X 1. 16. 1.